



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XVII. Die Ivnii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

*Sacrum.**Paspertra.*

bat. Nunquam tamen ad peccata in confessione deponenda abibat, nisi cor dolore ac amore conterere terridò impensè conaretur. Sacris operaturus, vni diuino sacrificio aderat; operatus, iridem altari, oculis arcanà modestia velut in corde reconditis. Siue præfet alijs, siue subestet, paupertas in

illo singularis eluxit, Ne amphoram quidem pro lauando in cubiculo patiebatur, communè lauandi loco contentus. Extra prandij ac cœnæ tempora nunquam quicquam libavit, nisi hospitalis charitas aliter imperasset. Plura de illis in annuis.

XVII. DIE IVNII.

THOMAS CANNONIUS COADIVT.

Siculus Pa-
normi. 17.
Junij 1611.
Stat. 56.
Soc. 17.
B. U.
Euch.
Angeli.

Purgat.

B. U.
Mors.

Hic cuidam diuinis intento mirâ quadam charitatis coniunctione visus est Deipara esse adstrictus obsequio singulari. Cum à laboribus ab obedientia imperatis ad S. Synaxim percipiendam rediisset totus sudore perfusus, conspecti sunt duo Angeli, qui linteum præ ore accumbentis tenere sunt nisi: sudore illi è fronte abstergo. Id etiam diuinitus exploratum fuit illum à morte nonnisi modico tempore in Purgatorio labeculas suas expiassè. Visa quoque ad illum est de cælo descendere Angelorum corona frequens vna cum Regina cæli Virgine Dei marie. Hi circum Thomæ sandapilam fusi, cadauer honoratis sumis honorauere.

P. G VILIEL MVS
BATHEV.

Hibernus
Madri. 17.
Junij 1614.
Stat. 48.
Soc. 15.

Nobili apud Hibernos Catholicâ, & lautâ domo natu, ob ingenij ad negotia feliciter tractanda facilitatem, & singularem in musicis instrumentis scite tractandis peritiam; Elizabethæ Angliae Reginæ cumpri-

mis charus fuit. At ille suis facultatis iuniori natu fratri relictis animum ad æterna applicuit. Cumque delibera-bundus hæreret, num Carthusiæ, num Capuccinis, num Societati nomen daret; hue illum animarum ardor, illuc suavissimum orandi otium inuitabat: adeoque timebat, ne animarum cura sæpè se domo egredi co-geret, ac tranquillitatem illam cælestem interuerteret. Sed posteaquam per quietem sibi audire visus est disertè verba illa: *Ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet;* se Societati dedit: in qua etiam quarto Professorum voto adstrictus est. Mirabile erga animarum lucra studium in illo eluxit, & Salmanticae maximè, in erudiendis secundum S. P. Ignatij normam in sacro recessu pectoribus singularis planè ac rara felicitas, magno religionum bono ad quas ex eius disciplina nobilissimi quique certatim ibant. Eorum verò qui singularem commendationem merentur ad frugem insignem ac notabilem à vita solituore Guilielmi operâ reductorum numerus increvit facile ad trecentos. Etiamnum perstat nobilium cœtus ab illo ad magnum pauperum leuamentum iam olim Salmanticae institutus. Hibernorum seminarij ibidem columna fuit, & viuum iuuentuti domesticæ documentum pro animarum siti. Obibat exercitia S. P. Ignatij ter quotannis, octo decemv.

Vocatio.

Exercitatio.
S.P.Ignat.

Elamus.

Hispano-
Goz. 17.
Junij 16
Stat.
Soc. 49.

decemus dierum spatio, &c. si licebat, productius. Vnum diem habebat quot mensibus quem ille familiari vocabulo *diem sua reformationis, seu instauracionis* vocabat: eo die toto nil cibi admittebat usque ad noctem, totus cordi ad cælestia compónendo attenus. Angelicæ illius puritatis decus etiam in Angelica totius vultus modestia elucebat. Paupertatis eximiè studiosus, pecuniam ne nosse quidem volebat, nisi quando se itineri alicui accingebat: tunc enim quid hi, quid illi numeri valerent debuit edoceri. Si iter non erat nimis prolixum, illud non nisi pedes conficiebat. Domi somnus illi breuis, quem ferè vestitus, & super nudis asperibus capiebat. Flagella & cilicia tam crebra ut maiorum coercitione illa in re eguerit. Diuinæ Matris honori dies Sabbati ieiunio, & duarum horarum meditatione de Deiparae dotibus institutâ celebrabat, prius festorum pane frigidaque contentus. Cum eius fama esset celebris in exercitijs S.P. Ignatij explicandis, Marditum accitus est rogatu magnorum quorundam procerum; quibus exercendis cum se accingeret, ita felix vixit, ut Sacerdotem quemdam valde probata virtutis Deus de Guilielmi salute certiore reddiderit.

P. HIERONYMVS XAVERIUS.

Hispanus,
Goz. 17.
Junij 1617.
xstat.
Soc. 49.

SXauerij consanguineus, & virtutum æmulus. Goâ ad Mogorensem aulam cum socijs profectus ab Imperatore magno in honore habitus. At ille honor es illos in animarum fructum convertit, multis Christo adiunctis, magno triumpho Ecclesiæ Catholice. Quatuor Regis nepotes Christilegem amplexi. Lahore Urbe

Regiâ lapidibus à populo appetitus est quod negaret licere ut Rex viduus vxoris defunctæ sororem duceret. Regis Hispaniæ rogatu electus est in Archiepiscopum Angamalensem: sed Hieronymo præmis tristis fuere labores, atque pericula, quibus apud Mogorenses exantlatis Goam redux diem clausit felici fine atque quieto, scriptis quoque clarus. Habebit anni 1617. historia non pauca quæ de illius itineribus, industriaque memoriaz tradat.

Fides.

P. F E L I X MALASPINA.

Hoc die cursum herorum confecit Parma in obsequio peste tactilium, & ipse gemino carbunculo, altero in brachio, altero in capitis vertice ictus, atque consumptus. Rectione non vieniius Collegij perfunditus, hanc impetravit spartam, cum transmarinos Indos desiderio iampridem complexus obtinere needum posset. Blanda illi erga omnes indoles, amabilisque prudencia, & virtus non minor ijs, quibus natus erat Marchionum natalibus. Corpus ad aspera magni animi imperia exercebat domitu perpetuo, & continuatâ propè sauitiâ. Nam cœnæ loco inediâ sibi ferè semper indixerat; ad somnum vestes non ponebat, cilicio prægrandi, & horrido persæpè vestitus.

Italus Par-
mæ 17.
Junij 16. o.
xstat. 42.
Soc. 22.

Mortif.

P. FRANCISCVS PICCOLOMINEUS PRÆ- POSIT. GENERAL.

HVius vita, qua in scholis, qua in rectione perfecta est, & morte magnis innocentiae, ac patientiae, diuinitique amoris laudibus illustri coronata.

Italus Ro-
mæ. 17.
Junij 1654.

P. VA-

*Patientia.**Oratio.*

P. Valentinus Mangionius Italiæ postea Assistentis, qui illum probè vndequeaque pernoui, nihil ab illo vñquam patratæ grauis noxæ reperit; virginitatem illius, ac pretiosam ab omni lethali labe innocentiam chirographo contestatus, vt rere in annis anni 1650. Dilingæ impressis. De illo sic scripsi, præter alia, in pretiosis occupationibus morientium in Societate cap. 25. n. 11. Huius dolores cotis instar erant ad illius ingenium, cor, vrbra mirificè acuenda, & inflammandam, cùm admirabili virtutum solidarum exaggeratione suam patientiam cumularet suspirijs gratiarum, & amoris plenis: *Non meum aiebat, Domine, sed tuum est dicere, sufficit, Domine, sis benedictus!* hec mea vñsera debent liquefieri, dissolvi; *sis benedictus!* Commendationem anima recirari petens, dicebat: *Eia ponite animam meam in manus Angelorum. Venit, Domine, noli tardare.* Conuenit etiam cum uno, & altero, vt ad signa quæ daturus erat absoluueretur, cùm loqui non posset, id quod in agone fecit. Petebat postea latior, dolores sibi alios alijs addi, ad illos exantlandos paratus in millions annorum. Ioannes Cardinalis de Lugo illi à Pontifice benedictionem attulit. Preces pro se fieri non aliter voluit, nisi vt moreretur, benedicens Deum. Inter dolores qui tota illi viscera exurebant, dicebat lætus cuidam Patri: *Morimur, & ridemus.* Aquam quæ illi recreando allata fuerat, vt biberet, aliquando totam effundebat, & dicebat: *Libemus Deo?* *Hoc enim esset quærere delicias in Cruce, in qua me posuit Deus.* Serua mihi aliquem angulum in tua Cruce, *Crucifixe mi IESV!* *ecce mē ad patientium amplius, & amplius, etiam per totam eternitatem, si tibi sic placeat, Deus!* Dixit cuidam hilariore quadam spe vndequeaque perfusus, quod cùm Deus incipit

auferre timorem quemdam (vti ipse tunc experiebatur) pati fit res longè dulcissima. Animabus etiam quæ in Purgatorio patiuntur sese crebro, ardenterque inter dolores ac æternæ felicitatis desideria, commendans, dixit se omnia ea sacra, quæ ad intentionem Generalis sunt quothebdomadis, illis transcriptissime: nempe vt illæ apud Deum optimè omnia expedirent negotia, pro quibus illa sacrificia destinari possunt quæ aïs felici successu follet à Deo coronari. Cùm actus fidei faceret, rogabat B. Virginem, vt in *B.V.* quo ille deficeret, è suæ fidei plenitudine illa suppleret. Post communionem auditus est dicere aliquando: *Domina, pacere quæso, ut merita tua offeram Deo meo.* Cùm enim propria non habeam, nisi tua offerrem, vacuus in consilio Domini apparerem. Cum id per vires adhuc posset, per quartam horæ partem nudis humi genibus perstetit petens, vt B.V. dedicato die Sabathi mori posset, obtinuit. 17. Junij extinctus 1651. Desiderabat per morbum aliquando videre cælum è fenestra, & dicebat: *Heu quam sordet Terra, dum cælum aspicio!* Tum Deum cæli coram tota eius curia adorabat. Sæpè illi in ore illa: *Paradisus! Paradisus!* breui, breui spissæ istuc erimus. Magnificat. Sæpè ac tenerè secum repeatbat; illa potissimum. Et exultauit spiritus meus &c. Dolores aiebat pro Dei amore cum patientia tolerati, sunt mensura itineris sursum. Quare operari mensuram istam habere bonam, confortam, & coagitatam. Voluit, Sacrum in S.P. Ignatij cubiculo celebrari, per illud petijt animam suam immersi, in sanguine Salvatoris. Quo plus patiebatur diros illos, & longissimos calculi cruciatus, ed se magis ad reddendas Deo, quasi pro nouis beneficijs gratias effundebat; sed fusius de illo plura in vita. Et cap. 32. n. 23. De illius morte

*Patru.**Cens.**Hilspat
Valen
Ionij
Soc.: 4**Mirij.*

Conf. quatuor.
mortē medicorum non nemo affirmauit; optandum esse, ut omnes ad mortem viri istius conuenirent ad condicēdā ab illo artem benē, sancteque in summis cruciatibus moriendi. Sæpius quotidie peccata confessus est, ad gratiæ diuinæ cumulum exaugendum. Quicquid Theologicæ virtutes, quicquid omnis pretiosè moriendi apparatio suggerit, abundē, meditatē, solidē, ac tenerē per solidos ipsos 14. dies executus est. Vir de quo vt dixi, luculentum viri fide dignissimi testimoniu extat quod Deum nunquam villo lethali peccato offenderit: & tamen di-

cebat. Non dubito, quidem de diuina misericordia: Absit! Hoc non! Hoc nunquam in eternum! tamen timeo peccata mea, & Iudicem illum iustissimum. Viaticum in medio cubiculi genibus nixus acceptit; quotidie S. Synaxi postea recreatus. Manè post acerbissimos noctis cuiusdam dolores lœtā, & velut in cantum flexā voce cùm se à nemine audiri putaret diutulē tria hæc repetebat alto sensu Amor! Amor! Amor! Deus! Deus! Deus! Aeternitas! Aeternitas! Aeternitas! Abrumpo reliqua: & reseruo alij loco & tempori.

*Timor.**Amor Dei.**Lingua.**Operarius.**Oratio.**Silentium.*

XVIII. DIE IVNII.

P. PETRVS
GASCON.

Hispanus
Valentius. 18.
Ionij 1583.
Soc. 24.

*Coffit.**Mortific.*

Ante initiam Societatem pia Mater id illi inculcabit, vt in milie frusta se discerpi potius quam villo peccato inquinari pateretur. Eius domus adeò erat erga pauperas liberalis vt, *Hospitalis gratia* diceretur. Cum adhuc foris esset, cur chirothecas manibus non induceret rotagus, in Christi manibus clavos non chirothecas fuisse dixit, diuersorium deseruit, vt insidiosam suæ pudicitiaæ matremfamilias fugeret: quam acerce obiurgarat, & repulerat flagitium flagitantem. In Societate, impigritate permagnâ fuit præstans, & serio ad leges attentus ita vt omnem iocum ignorare penitus videretur. Aestate panno crasso vestitus, miserantibus respondebat, se in ea cogitatione occupari, quomodo dæmon flammis ubique sit velut vestitus, nec vestem illam unquam possit exuere. Inde illi cogitatio in aeternitate defixa, & verba non nisi necessaria,

eaque, seria, & perpaucia. P. Ramirez, magnus istiæ Ecclesiastes, aiebat tales Galcones duodecim orbi terrarum conuertendo pares futuros. Etiam ruri degens partite signo campanæ distinguebat tempora & obseruabat: orandi ramen studio duas mane horas, duas item alias vesperi transcribebat. Quodam dilecto suo & pio viro abeunte, ac documentum pro vita vniuersæ regulatamente, chartulam arripuit, ac ter silentium illi inscripsit, eiique dedit pro vita totius ex virtute degendæ compendio.

P. FRANCISCUS
BORDESUS.

Huius germanus, vir locuples, tres quos habebat liberos (vt narrat in preiosis occupationibus cap. 24. n. 5.) Societati se dedicantes lœtus vidit, demum eidem, & ipse addictus, nuscupatis sub mortem votis & suis omnibus (ciuis erat Petrocoricensis)

Gallus Pe-
trocoricis
18. Junij 1596
alius ponit.
19. Maij.

Socie-